

CAPUT XIV.

DE SACRAMENTO BA-
PTISMI.

Misericordissimus Pater, salutis nostræ cu-
pidissimus, fidei nostræ imbecillitatem pro-
spiciens, non contentus fuit voluntatem fu-
am paternam verbo Evangelicæ promissionis
manifestare, ideoq; externis quoq; signis ean-
dém confirmare voluit. Utrumque non im-
mediatè, sed mediatè prosequitur, per Sacrum
Ministerium, quod quicquid ad salutem no-
stram spectat, non solum in verbo, proponere,
sed illud etiam externo signo confirmatum
dare debet. Inter N.T. Sacra menta autem pri-
mum sibi locum vendicat Baptismus, porta
gratiæ, Sacramentum initiationis ab Antiquis
nominatus.

SECTIO PRIOR,

De

Baptismi causa ministeriali potissimum, forma-
li, subjecto recipiente &c.



Qvæst.